

Fragment 32b

Contents

The Gospel according to Luke 22: 28-45. The Last Supper, the text beginning at Jesus' address to his disciples.

The transcription maintains the justification of the one column of 19 lines (written space 130 x 85 mm), the hyphenation marks and punctuation of the text. Abbreviations expanded in italics.

R. Faunce, August 2018

recto

[uos autem] estis, qui permansistis mecum in tentationi-
bus meis. Et ego dispono uobis: sicut disposu-
it mihi pater meus regnum: ut edatis et bi-
batis super mensam meam in regno meo: et se-
deatis super thronos: iudicantes *duodecim*
tribus israel . Ait autem dominus Symoni.
Symon: ecce Sathanas expetiuit uos: ut cri-
braret sicut triticum . Ego autem rogaui *pro*
te: ut non deficiat fides tua . Et tu *aliquando con-*
versus: confirma fratres tuos . Qui dixit ei
domine: tecum paratus sum: et in *carcerem*:
et in mortem ire: Et ille dixit . Dico tibi pe-
tre: non cantabit hodie gallus: donec ter ab-
neges nosse me . Et dixit eis . Quando misi
uos sine sacculo et pera: et calceamentis: *num*
quid aliquid defuit uobis . ~ At illi dixerunt.
Nihil . Dixit ergo eis . Sed nunc qui habet
sacculum tollat similiter et peram . Et qui
non habet: uendat tunicam suam et emat

verso

gladium . [22: 37] Dico enim uobis quoniam adhuc

hoc quod scriptum est oportet impleri de¹ me:
et quod cum iniustis deputatus est .² Et enim
ea que sunt de me finem habent . At illi
dixerunt . Domine: ecce gladii duo hic . At ille
dixit eis . Satis est. Et egressus ibat secundum
consuetudinem in montem Oliuarum . Secu-
ti sunt autem illum et discipuli. Et cum per
uenisset ad locum. dixit illis . Orate ne intre-
tis in tentationem. Et ipse auulsus est ab
eis quantum iactus est lapidis . et positis
genibus orabat. Dicens . Pater si uis transfer
calicem istum a me . Verumtamen non mea
uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi
angelus de celo: confortans eum. Et factus
in agonia prolixius orabat . Et factus est
sudor eius: sicut gutte sanguinis decurren-
tes in terra . Et cum surrexisset ab oratione.
et uenisset ad discipulos suos: inuenit eos
[dormientes pre tristitia].

¹ The text has *de* for *in* (22: 37)

² The text has *iniustis* for *iniquis* (22: 37)